O dii immortales! — vobis enim tribuo, quae vestra sunt: nec vero possum tantum meo ingenio dare, ut tot res, tantas, tam varias, iam repentinas in illa turbulentissima tempestate rei publicae mea sponte dispexerim —, vos profecto animum meum tum conservandae patriae cupiditate incendistis. (Ich kann mir nicht so viel geistige Begabung zuerkennen, daß ich behaupten dürfte, so viel Dinge

ohne göttliche Einwirkung durchschaut zu haben = ut — dicam me dispexisse; denn die Zuerkennung vorzüglicher Begabung kann kein dispicere in der Vergangenheit bewirken, sondern nur die Ueberzeugung hervorrufen, daß die Begabung in der Vergangenheit sich kund gegeben) Sull. 40. Quid? si ipse Cn. Pompeius, qui ea virtute ac fortuna est, ut ea potuerit (i. e. potuisse videatur) semper, quae nemo praeter illum — Mil. 79. Reliquum est, ut eum nemo iudicio defenderit. (= ut eum nemo iudicio defendisse videatur) P. Quinct. 87. Tum Mucius, quasi remunerans meritum, Quandoquidem, inquit, est apud te virtuti honos, ut beneficio tuleris (offenbar als Gegensatz zu fassen zu der durch minis nequisti angedeuteten vergangenen, weil vereitelten Absicht des Königs ein Geständniß zu erzwingen; ut tuleris nicht unmittelbar auf coniuravimus zu beziehen, sondern auf ein zu ergänzendes: hoc scito) a me, quod minis nequisti: trecenti coniuravimus principes iuventutis Romanae, ut in te hac via grassaremur. Liv. 2, 12 ex. *) Accipimus obsides ergo, non emimus, nec ingentibus damnis immensisque muneribus paciscimur, ut vicerimus (wir erkaufen nicht Geiseln theuer, damit man glaube, daß wir gestegt haben, od. damit wir als Sieger gelten). Plin. Paneg. 12. Ea fato quodam data nobis sors est, ut magnis omnibus bellis victi vicerimus (Zusammenfassung des Thatbestandes von seinem Standpunkte, nicht: unmittelbar sich ergebende Fügung des Schicksals). Liv. 26, 41. Nunc vero postulamus, ut futuros principes doceas inertiae renuntiare, — esse denique, quod concupierunt nec ideo tantum velle consules fieri, ut fuerint (ganz entsprechend dem Deutschen: und nicht bloß deswegen Consul werden zu wollen, um es gewesen zu sein d. h. um sagen zu können, daß man Consul gewesen sei). Plin. Paneg. 59. Quare nos quidem sine ulla affirmatione, simul quaerentes, dubitanter unumquodque dicemus, ne, dum parvulum hoc consequimur, ut satis commode haec perscripsisse videamur, illud amittamus, quod maximum est, ut ne cui rei temere atque arroganter assenserimus. (amittere ist das Gegentheil von consequi; in gleicher Weise entspricht ut ne assenserimus den Worten ut —

*) Die Deutung Weissenborn's a. a. O. durch, als Wohlthat davonträgst, erhältst ist doppelt unrichtig, denn beneficio ist nicht als Wohlthat des Mucius aufzufassen, sondern als Wohlthat (vorher meritum genannt) des Porsena, durch die er dem Mucius abgewonnen haben soll, was er durch Drohungen nicht hat erreichen können. Das Citat (Zumpt 529) fördert das Verständniß nicht im Geringsten. Heusinger übersetzt zwar nicht der Form des Satzes, aber dem Sinne entsprechend: So sei dir denn für deine Wohlthat entdeckt, was deinen Drohungen nicht gelang.

perscripsisse videamur, also ist assenserimus = ut ne — assensisse videamur). C. de Invent. 2, 10. Tanta vis admonitionis inest in locis, ut non sine causa ex his memoriae ducta sit disciplina (i. e. ducta esse videatur). C. de Fin. 3, 2. Apud prudentes enim homines et in maxima re publica summa cum gloria belli domique versatos quum loquar, non committam, ut sit illustrior illa ipsa res, de qua disputem, quam oratio mea: nec enim hoc suscepi, ut tamquam magister persequerer omnia: neque hoc polliceor me effecturum, ut ne qua particula in hoc sermone praetermissa sit (daß man nach Beendigung des Vortrags urtheile, daß in demselben kein Theilchen übergangen sei). C. de Rep. 1, 38. Ab hoc vero Crasso nihil facietius. Cum laesisset testis Silus Pisonem, quod se in eum audisse dixisset: Potest fieri, inquit, Sile, ut is, unde te audisse dicis, iratus dixerit (dixisse videatur). Annuit Silus. Potest etiam, ut tu non recte intellexeris. Id quoque toto capite annuit, ut se Crasso daret. Potest etiam fieri, inquit, ut omnino, quod te audisse dicis, numquam audieris. C. de Or. 2, 285. Omnia domestica atque urbana mitto, quae tanta sunt, ut numquam Hannibal tantum mali optarit; quantum illi effecerint. De prov. cons. 4. Nec timet, ne, quum plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in rem publicam singularibus (d. h. er fürchtet nicht die Erfahrung zu machen, daß er euer Wohlwollen nicht gewonnen habe. Man übersehe übrigens nicht, daß diese kürzere Redeform sich nach den Worten quum — placarit dem Redner unwillkürlich als sachgemäß ergeben mußte). Mil. 95.

§. 29. II. A. Gewöhnliche Zeitfolge nach historischen Temporibus in übergeordneten Sätzen.

a. HS. Praet. Praes. hist. Impf. Plqpf. Ind.; Inf. hist.

NS. Impf., Plqpf. Conj. incl. periph. Formen.

Quae fuit causa, cur tam diligenter nos in provinciis ab emptionibus removerent? Verr. 4, 10.

Reperti sunt duo equites Romani, qui te ista cura liberarent et sese illa ipsa nocte paulo ante lucem me in meo lecto interfecturos esse pollicerentur. Cat. 1, 9. In provinciis intelligebant, si is, qui esset cum imperio ac potestate, quod apud quemque esset, emere vellet, idque ei liceret, fore, uti, quod quisque vellet, sive esset venale, sive non esset, quanti vellet, auferret. Verr. 4, 10.

Hic quaero, iudicēs: si illo die gens ista Clodia, quod facere voluit, effecisset, si P. Sestius, qui pro occiso relictus est, occisus esset, fuistisne ad arma ituri? Sest. 81. Quum autem hic de rheda rejecta paenula desiluisset seque acri animo defenderet, illi, qui erant cum Clodio, gladiis eductis partim recurrere ad rhedam, ut a tergo Milonem adorirentur, partim, quod hunc iam interfectum putarent, caedere incipiunt eius servos, qui post erant. Mil. 29. Quod si Romae Cn. Pompeius privatus esset hoc tempore, tamen ad tantum bellum is erat deligendus atque mittendus. De imp. 50. Domum suam istum non fere quisquam vocabat, nec mirum, qui neque in urbe viveret, neque revocaturus esset. Rosc. Am. 52. Illum idemtidem monere (Inf. hist.), ut caveret. Rosc. Am. 110.

§. 30. b. *HS. oder Uebg. S. Impf. Praet. und Plqpf. Conj.*

NS. Impf. und Plqpf. Conj.

Quum vero in hanc rei publicae navem ereptis senatui gubernaculis fluitantem in alto tempestatibus seditionum ac discordiarum armatae tot classes, nisi ego essem unus deditus, incursum viderentur, quum proscriptio, caedes, direptio denunciarentur, quum alii me suspicione periculi sui non defenderent, alii veteri odio bonorum incitarentur, alii inviderent, alii obstare sibi me arbitrarentur, — depugnarem potius cum summo, non dicam exitio, sed periculo certe vestro liberorumque vestrorum, quam non id, quod omnibus impendebat, unus pro omnibus susciperem ac subirem? Sest. 46. Mihi cuiusquam salus tanti fuisset, ut meam negligerem? Sull. 45. Quae si non probaret, si tibi ita penitus inhaesisset ista suspicio, nullo ut evelli modo posset, si denique Italia a dilectu, urbs ab armis sine Milonis clade numquam esset conquietura, ne ille haud dubitans cessisset patria. Mil. 68. Quibus rebus qui timor bonis omnibus iniectus sit quantaque desperatio rei publicae, si ille factus esset (consul), nolite a me comoneri velle. Mur. 50.

§. 31. c. *HS. Hist. Typ. und Inf. hist.*

Uebg. B. Infinitive, Supina, Participia, Adjectiva.

NS. Impf. und Plusqpf. Conj.

Quod quia vidisti plures scire, cogitasti, si ei reddidisses, te minus habiturum, rem nihilo minus testatam futuram: non reddidisti. Verr. 4, 29. Ita loqui (Inf. hist.) homines: quod iudicia tam diu facta non essent, condemnari eum

oportere, qui primus in iudicium adductus esset. *Rosc. Am.* 28. Etenim minime conveniebat ei deorum honores haberi, qui simulacra deorum abstulisset. *Verr.* 4, 151. Vidi enim, vidi hunc ipsum Q. Hortensium, lumen et ornamentum rei publicae, paene interfici servorum manu, quum mihi adesset. *Mil.* 37. Quamquam de morte Clodii fuit quaestio non satis prudenter illa quidem constituta, — quid enim attinebat nova lege quaeri de eo, qui hominem occidisset, quum esset legibus quaestio constituta? — quaesitum est tamen. (Bisher hat man verkannt, daß die letzten drei Worte den Nachsatz bilden zum Concessivsatz und daß die Frage in Parenthese steht; daher die falsche Interpunction in den Ausgaben). *Phil.* 2, 22. Neminem, qui cum potestate aut legatione in provinciam esset profectus, tam amentem fore putaverunt, ut emeret argentum. *Verr.* 4, 9. Carpetanorum cum appendicibus Olcadum Vaccaeorumque centum millia fuere, invicta acies, si aequo dimicaretur campo. *Liv.* 21, 4, 11. Hunc exitum habuit vir, nisi in libera civitate natus esset, memorabilis. *Liv.* 6, 20, 14. Postquam appropinquare Romanos senserunt, extemplo in aciem procedunt nihil dilataturi, quin periculum summae rerum facerent: ita paucitati hostium nihil artes imperatoris unci, quibus solis confiderent, profuturas esse. *Liv.* 6, 22 ex. Cuius de adventa cum fama in Graeciam esset perlata et maxime Athenienses peti dicerentur propter pugnam Marathoniam, miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. *Corn. N. Them.* 2, 6. At etiam eo negotio M. Catonis splendorem maculare voluerunt ignari, quid gravitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret. *Sest.* 60.

§. 32. d. *HS.* Haupttempora.

Uebg. *B.* Inf. Praet. inclus. periph. Form — urum fuisse.

NS. Impf. und Plqpf. Conj.

Quamquam quid ego te invitem, a quo sciam esse praemissos, qui tibi ad Forum Aurelium praestolarentur amici? *Cat.* 1, 24. Si haec contra ac dico essent omnia, tamen illum haec, quae tot annos in familia sacrarioque maiorum fuissent, venditurum non fuisse (video). *Verr.* 4, 11. Vinci autem improbos a bonis fateor fuisse praeclarum, si finem tum vincendi viderem. *Planc.* 88. Credo, quum vidisset, qui homines in hisce subselliis sederent, quaesisse, num ille aut ille de-

fensurus esset: de me ne suspicatum quidem esse, quod antea causam publicam nullam dixerim. *Rosc. Am.* 59.

§. 33. e. *HS.* oder *Uebg. B.* *Hist. Zeitformen.*

NS. *Impf. Conj.* in *Substantiv-, Relativ-, Final- und Consecutivsätzen* nach *ut, ne, qui, quin, quo, quo minus.*

Mercatorem in provinciam cum imperio ac securibus misimus, omnia qui signa, tabulas pictas, omne argentum, aurum, ebur, gemmas coëmeret, nihil cuiquam relinqueret! *Verr.* 4, 8. (*Heius*) respondit istum ad se misisse, ut sibi mitteret *Agrigentum peripetasmata*. *Verr.* 4, 27. Illud erat hominum genus horribile et pertimescendum, qui tanto amore suas possessiones amplexi*) tenebant, ut ab iis membra citius divelli ac distrahi posse diceres (daß man hätte behaupten dürfen). *Sull.* 59. Vos adepti estis, ne quem civem metueretis. *Mil.* 34. Ille erat, ut odisset, primum salutis meae defensorem, deinde vexatorem furoris, domitorem armorum suorum, postremo etiam accusatorem suum. *Mil.* 35. Nec temere se credere putabat (*Ptolemaeus*), quod erat nemini dubium, quin is in regnum restitueretur a senatu populoque Romano. *Rab. P.* 4. Cui denique erat dubium, quin ille sanguis tribunicus, nullo praesertim publico consilio profusus, consules ultores et defensores esset habiturus. *Sest.* 43. Quam convenit nondum cognita populi voluntate hos, quos iam tum coniunctos fuisse dicis, iacturam suarum tribuum, quo vos adiuveremini, fecisse. *Planc.* 54. Ex vobis audio nemini civi ullam, quo minus adesset, satis iustam excusationem esse visam. *Pis.* 36.

§. 34. II. B. *Abweichende Zeitfolge nach den historischen Zeitformen übergeordneter Sätze.*

a. *HS.* *Historische Zeitformen des Ind.*

NS. *Praes. und Pf. Conj.*

Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste non textrinum instituerit. *Verr.* 4, 59. At hercule aliquot annos continuos ante legem *Gabiniam* ille populus Romanus, cuius usque ad nostram memoriam nomen invictum in navalibus pugnis permanserit, magna ac multo maxima parte non modo utilitatis, sed dignitatis atque imperii caruit. *De imp.* 54. Nulli sunt inventi tam aut fortuna miseri aut

*) Diese, dem griechischen Gebrauch analoge, übrigens ächt lateinische Sprechweise sollte in den Grammatiken neben den Verben *habeo, teneo* etc. mit dem *Part. Pf. Pass.* Platz finden.

voluntate perditum, qui non illum ipsum sellae atque operis et quaestus cotidiani locum, qui non cubile ac lectulum suum, qui denique non cursum hunc ociosum vitae suae salvum esse velint. Cat. 4, 17. Inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit et singulis diebus ediscendis fastos populo proposuerit et ab ipsis capsis iure consultorum sapientiam compilarit. Mur. 25. Quis enim dies fuit, postea quam in istam accusandi denunciationem ingressus es, quem tu non totum in ista ratione consumpseris? Mur. 46. Nam quum more maiorum de servo in dominum ne tormentis quidem quaeri liceat, in qua quaestione dolor elicere veram vocem possit etiam ab invito, exortus est servus, qui, quem in eculo appellare non posset, eum accuset solutus. Deiot. 3. Vgl. Weissenborn §. 369, 3. Andere Beispiele: Cat. 2, 8. Mur. 72. Sull. 46. 76. Sest. 60. 61. Planc. 25. Mil. 96. Marc. 18. Deiot. 25. 27. Phil. 2, 24.

§. 36. b. 58. ob. Uebg. 8. Impf. Praet. Plqpf. Conj.
 88. Praes. ob. Perf. Conj.

Etiam hercule illud in Syracusanis merito reprehenderetur, si, quum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent celeberrimum et sanctissimum, quod eo ipso die Syracusae a Marcello captae dicuntur, iidem diem festum Verris nomine agerent, quum iste a Syracusanis, quae ille calamitosus dies reliquerit, ademisset. Verr. 4, 151. Nam quod legem de ambitu tuli, certe ita tuli, ut eam, quam mihi met ipsi iam pridem tulerim de civium periculis defendendis, non abrogarem. Mur. 5. Quod si iam essem oblitus severitatis et constantiae meae, tamne amens eram, ut, quum litterae posteritatis causa repertae sint, ego recentem putarem memoriam cuncti senatus commentario meo posse superari? Sull. 45. Qui sedulitatem mali poetae duxerit aliquo tamen praemio dignam, huius ingenium et virtutem in scribendo et copiam non expetisset? Arch. 25. An ille praetor, ille vero (gar, vollends) consul, si modo haec templa atque ipsa moenia stare eo vivo tam diu et consulatum eius exspectare potuissent, ille denique vivus mali nihil fecisset, qui mortuus uno ex suis satellitibus, Sex. Clodio, duce curiam incenderit? Mil. 90. Qui quum tantum ausus sit ustor pro mortuo, quid signifer pro vivo non esset ausus? ibid. Quam multi enim essent de victoribus, qui te crudelem esse vellent, quum etiam de victis reperiantur. Lig. 15. An vero illi

sua per se ipsi iudicia rescinderent (hätten sie — sollen), cum ceteri soleant in iudicando, ne ab aliorum iudiciis discrepent, providere? Cluent. 60.

Hanc tu rationem quum fugeris quumque eos iudices habere nolueris, quorum in huius delicto quum scientia certissima tum dolor gravissimus esse debuerit, quid apud hos dices, qui abs te taciti requirunt, cur sibi hoc oneris imposueris, cur se potissimum delegeris, cur denique se divinare malueris, quam eos, qui scirent, iudicare? Planc. 46. Reperietis — me esse unam ex omnibus novis hominibus, de quibus meminisse possimus, qui consulatum petierim, cum primum licitum sit; consul factus sim, cum primum petierim. Agr. 2, 3. Velim fieri posset, ut a me sine contumelia nominarentur ii, qui se decenviros sperant futuros: iam videretis, quibus hominibus omnium rerum et vendendarum et emendarum potestatem permiseritis. Agr. 2, 63. Denique eos fundos, quos in agro Casinati optimos fructuosissimosque continuavit, cum usque eo vicinos proscriberet, quoad oculis conformando ex multis praediis unam fundi regionem formamque perfecit, quos nunc cum aliquo metu tenet, sine ulla cura possidebit. Agr. 3, 14. Neminem esse dico ex his omnibus, qui illo die Romae fuerit, quem tu diem in iudicium vocas, pubesque tum fuerit, quin arma ceperit, quin consules secutus sit. Rab. 31. Quaero, num quis ante te tam fuerit nefarius, qui id fecerit? Vat. 22. Simulque mihi respondeto tu, qui nos, de communi salute qui consentimus, tyrannos vocas, fuerisne non tribunus plebi, sed intolerandus ex coeno nescio qui atque ex tenebris tyrannus? qui primum eam rem publicam, quae auspiciis inventis constituta est, isdem auspiciis sublatis conarere subvertere, deinde sanctissimas leges, Aeliam et Fufiam dico, quae in Gracchorum ferocitate et in audacia Saturnini et in colluvione Drusi et in contentione Sulpicii et in cruore Cinnano, etiam inter Sullana arma vixerunt, solus conculcaris ac pro nihilo putaris: qui consulem morti obieceris, inclusum obsederis, extrahere ex suis tectis conatus sis: qui in eo magistratu non modo emergeris ex mendicitate, sed etiam divitiis nos iam tuis terreas: fuerisne tanta crudelitate, ut delectos viros et principes civitatis tollere et delere tua rogatione conarere? Vat. 23. Quem quidem virum si nulla vis repentini sceleris sustulisset: quonam modo ille furenti fratri suo consularis restitisset, qui consul in-

capientem furere atque conantem sua se manu interfecturum audiente senatu dixerit? Cacl. 60.

§. 36. c. HS. Spttpp. und hist. Tpp.

Uebg. B. Inf. Praet. und — urum fuisse.

NS. Praes. Conj.

Quid huic sacri unquam fore aut quid religiosi fuisse putatis, qui nunc tanto scelere se obstrictum esse non sentiat? Verr. 4, 71.

§. 37. d. HS. Spttpp. und hist. Tpp.

Uebg. B. Inf. Praet. und — urum fuisse.

NS. Praet. Conj.

1. Thatsache oder Urtheil über eine Thatsache. Nego ullam picturam neque in tabula, neque in textili (fuisse), quin conquisierit, inspexerit, quod placitum sit, abstulerit. Verr. 4, 1. Denique (dico) nihil istum, quod ad oculos animumque acciderit, neque privati neque publici, neque profani neque sacri tota in Sicilia reliquisse. Verr. 4, 2. Miramur Athenis Minervam, Deli Apollinem, Iunonem Sami, Pergae Dianam, multos praeterea ab isto deos tota Asia Graeciaque violatos, qui a Capitolio manus abstinere non potuerit? (Diese Unenthaltsamkeit beging er viel später, als die Tempelräubereien in Asten und Griechenland, daher wäre das Plqpf. widersinnig) Verr. 4, 71. Sic mihi persuadeo me tibi contra honorem L. Murenæ, quantum tu a me postulare ausus sis, tantum debuisse, contra salutem nihil debere. Mur. 7. Ait me aliter, ac dictum sit, in tabulas publicas rettulisse. Sull. 40. Tu labores tuos, quod aedilis non sis factus, fractos esse et abiectos et repudiatos putas? Planc. 9. Plancio, quod me vel vi pulsum vel ratione cedentem receperit, iuverit, custodierit, his et senatui populoque Romano, ut haberent, quem reducerent, conservarit, honori hanc fidem, misericordiam, virtutem fuisse miraris? Pl. 26. Ego vero fateor me, quod viderim mihi auxilium non deesse, idcirco [me] illi auxilio pepercisse. Planc. 86. Quod videmus etiam in fabula illi ipsi, qui Oderint, dum metuant dixerit, perniciosum fuisse. Phil. 1, 34. Quid indignius quam vivere eum, qui imposuerit diadema, quum omnes fateantur iure interfectum esse, qui abiecerit? (Ueblicher Theorie gemäß müßte es abiecisset heißen. Das hätte aber der Römer sicherlich sehr absonderlich gefunden, weil er es nicht anders verstan-

den hätte, als: Cäsar sei mit Recht getödtet worden, da er das Diadem ausgeschlagen). Phil. 2, 86. In aliquem, credo, hoc gladiatorem aut latronem aut Catilinam esse confictum, non in eum, qui, ne quid tale in re publica fieri posset, effecerit. Phil. 14, 4. Nisi forte hoc rationis habuit, quoniam, si facta vis esset moribus, superior in possessione retinenda non fuisset, quia contra ius moremque facta sit, A. Caecinam cum amicis metu perterritum profugisse. Caec. 2. Et audes, Sex. Naevi, negare absentem defensum esse Quinctium, cum eum defenderit idem, qui te solebat? (defendisset würde eine Vertheidigung vor der andern andeuten, während doch nur von einer die Rede ist, welche Cicero als stattgefunden bezeichnet, sein Gegner in Abrede stellt). Quinct. 62. Primum igitur illud est, ex quo intelligi possit debuisse Cluentium magno opere causae confidere, quod certissimis criminibus et testibus, fretus ad accusandum descenderit. (Hier hätte C. ohne wesentliche Beeinträchtigung des Sinnes das Plqpf. gebrauchen können, er hätte aber dann seinerseits im Causalsatze nicht die Thatsache behauptet, sondern den Grund angeführt, weshalb Cluentius sein Vertrauen für gerechtfertigt gehalten.) Cluent. 10. Dum vero eum fuisse Oppianicum constabit, qui tabulas publicas municipii manu sua corrupisse iudicatus sit, qui testamentum interleverit, qui supposita persona falsum testamentum obsignandum curaverit, qui eum, cujus nomine id obsignatum est, interfecerit, — qui, cum venenum privigno suo quaereret, manifesto sit deprehensus, — quid est, quod te ista censoria sive voluntas sive opinio fuit, adiuvare aut hunc innocentem opprimere posse videatur? Cluent. 125. Et ait etiam meus familiaris et necessarius eandem causam Alexandrinis fuisse, cur laudarent Gabinium, quae mihi fuerit, cur eum defenderem. Rab. Post. 32. Quid ait accusator? fecisse Pompeium, quod ei facere non licuerit? quod gravius est, quam, si id factum ab eo diceret, quod non oportuisset (angenommener Fall). Balb. 8. Ferner: Cluent. 64. 97. 98. 156. 160. 169. Rosc. Com. 24. Elacc. 89. De prov. cons. 18. Rab. Post. 24. 25. Pis. 26. Planc. 17.

§. 38. 2. Die Thätigkeit des NS. ist gleichzeitig der Thätigkeit des Inf. Praet. im HS. od. übg. S.

Sed tantum vos certiores, iudices, facio, quid iste in provincia praetor egerit, ne cui forte negligens nimium fuisse videatur neque se satis, quum potestatem habuerit, instruxisse et ornasse. Verr. 4, 60. Nisi vero existimatis dementem

P. Africanum fuisse, qui quum a C. Carbone tribuno plebis seditiose in contione interrogaretur, quid de Tl. Gracchi morte sentiret, responderit (das Plqpf. würde den Afr. erst nach der Antwort zum demens stampeln) iure caesum videri.

Mil. 8. Ingulare civem ne iure quidem quisquam bonus vult: mavult commemorare se, cum posset perdere, pepercisse, quam, cum parcere potuerit, perdidisse. Quinct. 51. Si nihil est, quum augur iis verbis nunciat, quibus tu nunciasti, confitere te, quum **ALIO DIE** dixeris, sobrium non fuisse. Phil. 2, 84.

§. 39. 3. Der NS. bestimmt den Zeitpunkt, von welchem die Thätigkeit des übg. SB. beginnt oder bis zu welchem sie dauert.

Ceterum accusator fatetur hunc in Hispania — fuisse: ut Pompeius in Hispaniam venerit Memmiumque habere quaestorem coeperit, numquam a Memmio discessisse. Balb. 5. Interea Oppianicus — cecidisse ex equo dicitur et homo infirma valetudine latus offendisse vehementer et, postea quam ad urbem cum febris venerit, paucis diebus esse mortuus. Cluent. 175. Profecto intelligetis illinc ab initio cupiditatem pugnasse et audaciam, hinc veritatem et pudorem, quoad potuerit, restituisse. Quinct. 79. Scito enim me, postea quam in urbem venerim, redisse cum veteribus amicis, id est cum libris nostris in gratiam. C. ep. ad Fam. 9, 1, 2.

§. 39. 4. Die Thätigkeit des NS. fällt dem Sinne nach mit der Thätigkeit des übg. SBh. zusammen oder ist doch derselben verwandt und gleichartig.

Quod quum dicit, non attendit eum, qui patefecerit, hoc curasse, ut id omnes viderent, quod antea fuisset occultum. Sull. 4. Quem quum videas hoc honore, auctoritate, virtute, consilio praeditum non dubitasse, quin innocentiam P. Sullae defenderet, quaero, cur, qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit? Sull. 4. Hic tibi ego de testimoniis meis hoc respondeo: si falsum dixerim, te in eosdem dixisse. Sull. 21. Negat enim se, negat ingratis civibus fecisse, quae fecerit, timidis et omnia pericula circumspicientibus non negat. Mil. 95. Armatos, si latine loqui volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos, qui scutis telisque parati ornatique sunt. Quid igitur? si glebis aut saxis aut fustibus aliquem de fundo praecipitem egeris iussusque sis, quem hominibus armatis deleceris, restituere, restituisse te dicis? Verba si valent, si causae non ratione, sed vocibus ponderantur, me auctore dicito.

Vinces profecto non fuisse armatos eos, qui saxa iacerent, quae de terra ipsi tollerent, non esse arma cespites neque glebas, non fuisse armatos eos, qui praeterreunt ramum defringerent arboris, arma esse suis nominibus alia ad tegendum, alia ad nocendum, quae qui non habuerint, eos inermos fuisse vines. (Man vgl. mit dem Pf. das Impf. iacerent.) Caec. 60. Si me hercule mihi non copioso homini ad dicendum optio detur, utrum malim defendere non esse deiectum eum, cui vi et armis ingredienti sit occursum, an armatos non fuisse eos, qui sine scutis sineque ferro fuerint, omnino ad probandum utramque rem videam infirmam nugatoriamque esse, ad dicendum autem in altera videar mihi aliquid reperire posse, non fuisse armatos eos, qui neque ferri quidquam neque scutum ullum habuerint: hic vero haeream, si mihi defendendum sit, eum, qui pulsus fugatusque sit, non esse deiectum. Caec. 64. Est enim sapientis iudicis meminisse se hominem, cogitare tantum sibi a populo Romano esse permissum, quantum commissum sit et creditum. Cluent. 159. Si id, quod oportet, responderis, idem videre respondisse, quod Servius: sin aliter, etiam controversum ius nosse et tractare videre. Mur. 28. Noli enim putare, Laterensis, legibus istis, quas senatus de ambitu sanciri voluerit, id esse actum, ut suffragatio, ut observantia, ut gratia tolleretur. Planc. 44.

§. 40. e. H. Praet. Ind.

RC. Conj. Praes. in consecutiven Sätzen.

Quid vultis amplius? etiamne ad subsellia cum ferro atque telis venistis, ut hic aut iuguletis aut condemnetis S. Roscium? Rosc. Am. 32. Quamquam vos nihil aliud nisi de praesidio, ut senatum tuto consules Kalendis Ianuariis habere possint, rettulistis (das ut — possint bezeichnet den Gegenstand der schwebenden Verhandlung, das Impf. würde im finalen Verhältniß seine rechte Stelle finden). Phil. 3, 13. Hunc reditum ego repudiarem, qui ita florens fuit, ut verear, ne qui me studio gloriae putet idcirco exisse, ut ita redirem. Sest. 128. Qua ex re intelligi facile potuit nullum esse officium tam sanctum atque sollemne, quod non avaritia comminuere atque violare soleat. Quinct. 26. Quod fanum in Achaia, qui locus aut lucus in Graecia tota tam sanctus fuit, in quo ullum simulacrum, ullum ornamentum reliquum sit? De prov. conc. 7.

§. 41. f. §S. Praet. Ind.

RS. Perf. Conj. in Consecutivfällen.

Hic contra ita quievit, ut eo tempore omni Neapoli fuerit. Sull. 17. Primum omnis Pompeianorum colonorumque dissensio delata ad patronos est, quum iam inveterasset ac multos annos esset agitata: deinde ita a patronis res cognita est, ut nulla in re a caeterorum sententiis Sulla dissenserit. Sull. 60. Cuius ego de virtute et constantia, iudices, tantum dico talem hunc in ista rogatione, quam promulgarat non de tollenda, sed de levanda calamitate fratris sui, fuisse, ut consulere voluerit fratri, cum re publica pugnare noluerit. Sull. 62. Ita se gessit in tribunatu, ut onere deposito domestici officii nihil postea nisi de rei publicae commodis cogitarit. Sull. 65. Metellus, homo sanctissimus modestissimusque omnium, tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum praetorem et ad iudices venerit et unius nominis litura se commotum esse dixerit. Arch. 9. Ex qua (provincia) aliquot praetorio imperio, consulari quidem nemo rediit, qui incolumis fuerit, quin triumpharit. Pis. 38 ex. Atque ita in his rebus unus est solus inventus, qui ab hac tam impensa voluntate bonorum palam dissideret, ut etiam Q. Metellus consul, qui mihi vel maxime ex magnis contentionibus rei publicae fuisset inimicus, de mea salute rettulerit. Sest. 130. Vgl. ferner: Sest. 130. 132. Planc. 45. 49. Mil. 30. 37. Deiot. 14. Phil. 1, 8. 36. 14, 16. 27. Cluent. 49. 88. Agrar. 2, 18. Cael. 25. De prov. cons. 3. Pis. 51. 55. 61.

§. 42. g. §S. Praet.

RS. Plqpf. Conj.

Postea quam tantam multitudinem collegerat emblematum, ut ne unum quidem cuiquam reliquisset (die Folge des Sammelns (ne unum quidem relinquere) war offendet, ehe er die Werkstätte anlegte), instituit officinam Syracusis in regia maximam. Verr. 4, 54. Itaque ut aliqua in vita formido improbis esset posita, apud inferos eius modi quaedam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt. (Wie sich der Wille (voluerunt) eigentlich nicht auf eine vollzogene Festsetzung (constituta esse), sondern nur auf die Annahme, daß die Festsetzung vollzogen sei, beziehen kann: so läßt sich die Bestimmung von Strafen nicht auf eine vollzogene Vorhaltung eines Schreckbildes, sondern nur auf die Annahme eines solchen beziehen.) Cat. 4, 8. Plausum vero etiam si quis eorum aliquando acciperat, ne quid peccasset, per-

timescebat (i. e. ne honorum subiret vituperationem, quod peccasset). *Sest.* 105. *Commisisti*, si tempus aliquod gravius accidisset, ut ex iisdem praediis et Apollonide et Romae imperatum esset tributum. *Flacc.* 80. *Etsi iam sperabam*, quum has litteras accepisses, fore ut ea, quae superioribus literis a te petissemus, impetrata essent, tamen non faciam finem rogandi. (Als Stelle aus einem Briefe leicht zu erklären.) *Ad Att.* 16, 16 C, 2. *Quid de T. Planco?* quem praestantissimus civis, Aquila, Pollentia expulit et quidem erure fracto: quod utinam illi ante accidisset, ne huc redire potuisset! (Der Wunsch, daß die Rückkehr unmöglich geworden sein möchte, bezieht sich auf die Zeit der Verbannung nach 52, aus welcher ihn Caesar zurückrief, die Vertreibung aber erfolgte viel später). *Phil.* 11, 14. *Nam neque ullum ingenium tantum exstitisse dicebat*, ut, quem res nulla fugeret, quisquam aliquando fuisset (Man erwäge, welchen Sinn esset gäbe, und vgl. im ersten Satze desselben §. qui constituissent, um das Verhältniß des NS. zum HS. richtig zu erfassen). *De rep.* 2, 2. *Quo quidem in sermone multa divinitus a tribus illis consularibus Cotta deplorata et commemorata narrabat*, ut nihil incidisset postea civitati mali, quod non impendere illi tanto ante vidissent. (Das Plqpf. steht mit Beziehung auf die Zeit der Erzählung Cotta's, der die Bemerkung im Consecutivsatze seiner Erzählung hinzufügte. Die Ereignisse gingen also der Erzählung voran. Hätte Cicero die Richtigkeit jener Voraussetzungen von seinem Standpunkte andeuten wollen, so hätte er das Perf. gesetzt. Das Impf. würde den Grad des divinitus — commemorare durch die Folge bestimmen, wie auf tantum — ut tolleretur §. 27 folgt). *De orat.* 1, 26. *Tali modo quum VII et LXX annos complexset atque ad extremam senectutem non minus dignitate, quam gratia fortunaque crevisset tantaque prosperitate usus esset valetudinis, ut annis XXX medicina non indiguisset, nactus est morbum.* Die Folge wird in Hinsicht der Zeit nicht auf die Thätigkeit des übergeordneten Satzes (usus esset), sondern auf den Hauptsatz (nactus est morbum) bezogen; denn der Zeit nach hörte non indigere medicina mit der schweren Erkrankung auf, welche den Abschluß der 30 Jahre bildet). *Corn. Nep. Att.* 21. *Aeneas, quamquam tanta opibus Etruria erat, ut iam non terras solum, sed mare etiam per totam Italiae longitudinem ad Alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui implesset* (früher als eduxit), tamen, quum moenibus bellum propulsare posset, in aciem copias eduxit. *Liv.* 1, 2, 5. *Ea primum moderatio tribuni metum patribus*

dempsit eademque auxit consulum invidiam, quod adeo toti plebis fuissent, ut patrum salutis libertatisque prior plebeio magistratui, quam patricio cura fuisset (in Bezug auf auxit vorangegangen) et ante inimicos satietas poenarum suarum cepisset, quam obviam ituros licentiae eorum consules appareret. Liv. 3, 59, 4. Ubi et in fano lucoque ea religione et eo iure sancto, quo sunt templa, quae asyla Graeci appellant, et nondum aut indicto bello, aut ita commisso, ut strictos gladios aut sanguinem usquam factum audissent (in Beziehung auf cecidit vorangegangen), quum per magnum otium milites alii ad spectaculum templi lucique versi, alii in litore inermes vagarentur, magna pars per agros lignatum pabulatumque dilapsa esset: repente Menippus, palatos passim aggressus, eos cecidit, ad quinquaginta vivos cepit. Liv. 35, 51. in. Nullam congiario culpam, nullam alimentis crudelitatem redemisti, nec tibi bene faciendi fuit causa, ut, quae male feceras, impune fecisses (= fecisse videreris) Plin. Paneg. 28. At in praeteritum subvenire ne dii quidem possunt: tu tamen subvenisti cavistique, ut desineret quisque debere, quod esset postea debiturus, id est, effecisti, ne malos principes habuissemus (= habuisse videremur d. h. du hast durch deine Fürsorge erstrebt, daß wir nicht mehr scheinen sollten schlechte Fürsten gehabt zu haben oder daß die Wirksamkeit der schlechten Fürsten verwischt würde und ihre Spuren verschwänden. Auf die Ungewöhnlichkeit des Gedankens und somit des Ausdrucks bereiten schon die Worte: in praeteritum subvenire vor.) Plin. Paneg. 40. Tum electus a Galba ad dona templorum recognoscenda diligentissima conquisitione fecit, ne cuius alterius sacrilegium res publica quam Neronis sensisset (= sensisse videretur. So dürfte die vielbesprochene Schwierigkeit bestens gehoben sein, wofür auch die §. 28. angeführten Beispiele überzeugenden Beweis liefern. Der sonst scharfsinnigen Erklärung von Wey kann ich nicht beistimmen, weil die Deutung sich auf die unhaltbare Annahme: fecit, ne sei = fecit, ut non stützt und seine Erklärung die gleichartigen Stellen nicht verständlicher macht). Tac. Agr. 6 ex. Vgl. Anm. zu den consec. Sätzen im 1. Th. S. 11.